Sigismundus Dei gratia Rex polonie Magnusdux Lituanie Russie prussie que dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus
expedit universis Quia licet tempore paulo superiori Consensum nostrum regium ad exemendum terciam partem Advocatie in oppido nostro Vyeliczka de manibus venerabilis petri Vapowski Decani Crac
providis preconsuli et Consulibus Vyelicien dederimus prout id specialibus litteris nostris abundius expressum est. Quia tamen supplicaturi accedentes Maiestatem nostram idem preconsul et Consules Vyelicien
exposuit se advocatiam predictam non posse exemere nisi alicunde summam pecuniarum mutuentur et acquirant Supplicarunt propterea Maiestati nostre humiliter ut certum censum annuum in et super molendino
equestri brasceorum civili eiusque omnibus et singulis emolumentis ac in et super sex macellis salis atque etiam in et super villa Marczinkowicze eiusdemque censibus et agris ac omnibus et singulis proventibus
eiusdem opidi Vyeliczka civilibus ac super omnibus et singulis proventibus civilibus opidi Vyeliczka, alicui persone Spirituali seu secularj in regno nostro pro summa octingentarum marcarum
vendere obligare et inscribere in vim reemptionis alias Naundercoff admittere et consentire dignaremur Supplicationibus igitur eorundem preconsulis et Consulum pro se et totius communitatis opidi Vye-
licien nomine ad nos factis Ad certorum quoque Consiliariorum nostrorum intercessionem acquiescentes benigniter Eysdem preconsuli et consulibus opidi Vyeliczka Censum annuum in toto vel in parte in et super
molendino equestri civili eiusque omnibus et singulis emolumentis et proventibus ac in et super sex macellis salis Atque etiam in et super villa predicta Marczinkowicze eiusdem agris et censibus omnibus-
que et singulis proventibus ac in et super omnibus proventibus civilibus eiusdem opidi Vyeliczka, Salvis tamen iuribus nostris regalibus simul ac condicione que in litteris consensus super em-
ptione eiusdem advocatie dat est conscripta cuius quidem condicionis tenor est talis. Ex tametsi macella carnium cum omnibus eorum attinentiis ad ipsam Advocatiam a primeva sui origine
et fundacione pertineat tamen ipsi oppidani Vyelicien nobis in hoc morem gerere et gratiam pro isto beneficio quod scilicet hanc advocatie partem favere non denegavimus referre volentes Omnia ma-
cella carnium et possessa et deserta constructa et construenda cum eorum censu dominio et pertinentiis nihil penitus sibi ibidem reservando post sex annorum decursum sese immediate sequentium
decursum a tempore quo eiusdem tercie partis advocatie possessionem realem et actualem consecuti fuerint resignare libere quoque et sine mora dimittere nobis in manus nostras vel procuratoris
nostri debebunt dimittentque et resignabunt perpetuo habendum et possidendum, Sed intra decursum temporis sexennii omnes fructus omnes census omnesque proventus preconsul et Consules
pro necessitate et usu opidi illius Vyeliczka in toto et in parte accipient percipient convertent usque ad sex annorum decursum sese immediate et continue sequentium et resignationem eorundem macel-
lorum iuxta ordinationem suprascriptam facien. Salva permanente Cuicumque vel quibuscumque personis seu persone spirituali vel secularj regni nostri titulo reemptionis alias Naundercoff fien
pro summa octingentarum marcarum monete et numeri polonicalium communis quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando vendendi obligandi et inscribendi huiusmodi censum tenendi
habendi possidendi utifruendi et in usus suos beneplacitos convertendi pacifice et quiete. Quemquidem censum modo premisso inscribendum et obligandum immunitati Ecclesiastice atque libertati eiusdem ascribimus
annectimus applicamus et incorporamus. Ipsum quoque emptorem sive possessorem emptoresque et possessores ab omni expedicione bellica generali et particulari necnon tributo [illegible] regni nostri
ac qualibet contributione clero imponenda liberamus eximimus exemimus presencium per tenorem Decernentes volentes quod pro [illegible] ad forum Judicii spiritualis recursus habeatur
usque ad exemptionem per ipsos preconsulem et consules Vyelicien faciendam. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum Dat Cracovie Sabbato proximo ante Dominicam
Reminiscere etc. Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo Regni autem nostri anno [illegible]

Cristoforus de S. cast.
Sandi et R. p. vicecancellarius

Relatio magnifici Christophori de Schydlowyecz Castellani Sandecensis
et R. p. Vicecancellarii Syradiensisque etc. Capitanei

Eius exemplum
habetur in Conato
folio 22

1512

N 61

N 80 Consens [illegible] miasta na [illegible]
na wszystko Wielickie

R[egistra]ta